

Kamil Kantak

"Die Bruderschaft der deutschen Katholiken in Posen", p. Venantius Kempf OMConv, Poznań 1933 : [recenzja]

Collectanea Theologica 14/3-4, 524-526

1933

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej bazhum.muzhp.pl, gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

wytwory psychiczne podległe wpływom zbiorowiska ludzkiego, jak np. mowa, obyczaj, sztuka i religja (IV); wyjątkowe stany duszy jak sen, marzenia sennie i hipnoza (V). Najciekawszą i najlepiej opracowaną część stanowią ustępy poświęcone wyższym wytworom psychologicznym, które za szkołą Külpego w Würzburgu uważa za zdarzenia psychiczne istotnie różne od zmysłowych.

Dodatnią stroną dzieła jest to, że nie męczy czytelnika drobiazgami, lecz raczej ogólnikowo, choć wyczerpująco przedstawia zagadnienia psychologiczne. Dzięki temu całość nie jest zbiorem drobiazgowych szczegółów, lecz podaje rzuty ogólne. Gdziekolwiek jednak zdałoby się przytoczyć więcej danych szczegółowych. Jako podręcznik przeznaczony dla szkół akademickich spełni tę książka swą rolę w należyty sposób.

Tłumaczenie polskie jest poprawne i odznacza się stylem jędrnym i potoczystym bez wszelkiej sztuczności. Przystwojenie tej cennej książki literaturze polskiej przychodzi w porę, bo w danej chwili młodzież studująca w naszych zakładach teologicznych nie ma dobrego podręcznika psychologii eksperymentalnej. Podręczniki ks. Gabryła i ks. Waisa są już oddawna wyczerpane, a zresztą także przestarzałe, a książka Wład. Witwickiego nie odpowiada wymaganiom kandydatów do stanu duchownego z powodu tendencyjnego nastawienia do zagadnień psychologii racjonalnej. Podręcznik zaś Lindworsky'ego przygotowuje znakomicie do spekulatywnej nauki o duszy, jej przymiotach i stosunku do ciała.

Ks. Stepa.

P. Kempf Venantius O. M. Conv. **Die Bruderschaft der deutschen Katholiken in Posen.** Poznań 1933.

Praedicator Germanorum Posnaniae P. Kempf valde utilem suscepit laborem investigando et proponendo historiam Confraternitatum Germanorum catholicorum illius urbis. Quarum confraternitatum tres erant: s. Annae, ss. Trinitatis, s. Barbare. Qua fontibus praeter notos impressos usus est manuscriptis, nempe libris harum confraternitatum actisque eorum necnon libro mortuorum Bernardinorum Posnaniensium, non tamen eorum chronico neque actis provinciae Maioris Poloniae. Qui ambo fontes laborem eius locupletassent et correctiorem reddidissent, et si acta provinciae asservata Junivladislaviae in capituli cathedrali archivo difficulter inspicienda essent, facillime chronicam adeundum erat, in bibliotheca Amicorum Scientiarum Posnaniae repositum.

Societas s. Annae Posnaniae iam circa a 1500 existebat secundu p. Kempf eaque erat confraternitas Germanorum. Tamen in libro suo non tam factum existentiae quam possibilitatem probat. Hoc tempore tantum capellam s. Annae penes ecclesiam conventualem Bernardinorum extitisse eamque magna ex parte ex Germanae gentis eleemosynis aedificatam esse, erui potest cum aliqua certitudine; de confraternitate testimonia quod hoc tempus silent,

ex existentia capellae plus quam possibilitas confraternitatis concludi non potest. Neque analogia urbis Wilno sufficit, ubi talis confraternitas Germanorum hoc tempore vigeat. Hic debeo rectificationem notas p. Kempf inserere, qui citat me (p. 4) qua auctorem thesis quod Vilnae s. XVI et XVII societas s. Annae erat centrum catholicorum Germanorum, sed ego in toto meo opusculo citato probavi de saeculo XV. et XVI, de s. XVII totaliter silui neque me pro hoc tempore citare fas est. Hic addo, quod a. s. XVI exeunte haec societatis Vinensis instamata omnino alio fine serviebat.

Cum certitudine loqui possumus de societate s. Annae ab a. 1578, quae Varsoviae a regina Anna et de Solikowski condita est. Quam societatem Posnaniae fuisse Germanorum p. Kempf qua certum pretendit, non tamen probat. Re vera haec societas s. Annae quae Varsoviae ad archiconfraternitatem promotam est multasque filiales in tota Polonia habebat, est una ex peculiaritatibus vitae religiosae polonicae et imprimis serviebat qua arma restorationis catholicae posttridentinae. Eam fuisse organisationem Germanorum nullum vestigium adferri potest. In chronico Bernardinorum Posnaniensium inveniuntur mentiones de ea i. a. nomina primitivorum seniorum, inter quos nullus Germanus. Probabiliter hoc tempore s. XVI exeunte Posnaniae Germani catholici minime numerosi erant, quia altera ex parte urbs in diem magis Polona deveniebat, altera autem massa Germanorum in Germania ipsa catholicam religionem deseruerat, restauratioque religiosa Germana vix incipiebat. An versus annum 1600 Posnaniae aliqua cura animarum specialiter Germanorum eorumque conciones aliaeque devotiones erant, incertum est et adhuc investigari deberet.

Felix progressus restorationis posttridentinae in Germania ipsa decursu temporis etiam Posnaniae aliquatenus spectabilem numerum Germanorum catholicorum creavit. Primitus Jesuitae eorum curam susceperunt et in ecclesia OO. Sanctorum exercebant. Quorum Germanorum confraternitas sub invocatione ss. Trinitatis ante a. 1632 condita est, et quidem in ecclesia PP. Praedicatorum. Tali modo etiam Dominicani eos curasse videntur. Non potest tamen excludi, quod solummodo pro maiore celebritate translatio in ecclesiam s. Annae confraternitatis ss. Trinitatis ex Praedicatorum ecclesia locum habuit neque confraternitas unquam antea existebat, adsunt exempla talium solemnitatum. Cum vero haec unica est mentio connexus Dominicanorum cum confraternitate ss. Trinitatis, forsitan eis nil curae Germanorum intererat. Notum est tempore hoc Jesuitae et Bernardinos de cura Germanorum certasse, posteriore quoque Dominicanos, propterea quod colonia Germanorum Posnaniae dives erat et pro ecclesia et devotione sua multa munera largiebatur. Quando igitur in ecclesia OO. Sanctorum de devotione Germanorum certamina orta sunt, Bernardini omni modo studuerunt eos in suam attrahere omnesque titulos posibles proponebant

ad hunc finem i. a. etiam foundationem ecclesiae s. Annae olim a Germanis effectam:

Post translationem Germanorum in ecclesiam s. Annae, duae confraternitates in ea locum habebant, altera ss. Trinitatis Germanorum, altera s. Annae communis omnibus catholicis h. e. de facto Polona, quamvis ei nonnulli quoque Germani nomen dabant. Seniores Societatis s. Annae, in quantum eorum nomina scimus Poloni erant et inter patritios urbis vel dignitates ecclesiasticas nominabantur. Administrabat ecclesiam Societas s. Annae et in chronico Bernardino nonnulla certamina eius cum Germanis inveniri possunt. Tandem a. 1766 Bernardini Societatem s. Annae Germanis tradiderunt, a quo anno unum utriusque confraternitatis praesidium eligebatur.

Tales correctiones operis p. Kempf addere coacti sumus, quibus tamen merita eius nullomodo deminimus. Labore suo multum praestitit, non solum pro historia locali urbis Posnaniae, sed etiam pro elucidatione vitae religiosae veteris Poloniae, nimirum curae animarum extraordinariae, quae ilius temporis minoritatibus nationalibus destinata erat. Videre potest, quod intererat tum auctoritatibus ecclesiasticis tum clero executienti neque ea ad polonisationem utebantur. Eruitur porro ex libro p. Kempf, quod relationes inter Germanos catholicos et Polonos cordiales erant, immo quod multi Poloni ad confraternitatem ss. Trinitatis pertinebant. Deinde quoque non minimi momenti est mentio, quod s. XIX multi catholici Germani protestantes facti sunt (p. 21). Videmus, quales resultatibus produxit patrocinium gubernii Borussici, in illos Germanos catholicos executum.

Speramus p. Kempf in suo labore historico perrecturum esse et forsan totalem repraesentationem curae Germanorum catholicorum in Polonia nobis largiturum. *Ks. Kantak.*

Kantak Kamil Ks.: **Bernardyni polscy r. 1453—1572**, Lwów 1933. Nakł. Prowincji Polskiej OO. Bernardynów. T. I. str. XXIII + 324.

Autor kilku prac z dziejów zakonów zebranych zebrał wyniki swych prac w syntetycznym dziele, poświęconem historii OO. Bernardynów w Polsce. Pracę swą podzielił na 8 rozdziałów.

W dwóch pierwszych, zatytułowanych: S. Jan Kapistran i wprowadzenie zakonu; Rozwój prowincji polskiej, opisuje wprowadzenie zakonu do Polski, początkowe jego dzieje, wysiłki koło usamodzielnienia konwentów polskich, aż do utworzenia odrębnej prowincji polskiej w r. 1467, do tego bowiem roku klasztory polskie należały do wielkiej prowincji rakusko-czesko-polskiej. Nowa prowincja polska, licząca już w r. 1467 dwanaście konwentów, dzięki hojności dobrodziejów wszelkich stanów, osiąga na początku XVI stulecia wysoką cyfrę 25 klasztorów. W rozdz. III-cim przedstawia ustrój prowincji, wysoko stojące życie, zajęcia i prace